



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXXIV. Num quæ sint pœnitentiæ partes Rituales?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

**A D VII.** Dicitur: nunquam docebitur. Nam tres etiam in Veteri Testamento fuerunt visitatæ, patet in David, & Niniuitis.

**A D VIII.** Iudicium hoc temerariū est aut ignorantiae, aut malitiae. Id sequens aperit quæstio.

**Q V A S T I O LXXXV.**

*Quæ sunt Pœnitentiae partes Rituales?*

**A V T O R.** Historica hæc quæstio est ac ritualis; non Controversistica; nisi quantum Lutherocalvinista Kemn. & Calvinus mentiuntur. Semper igitur fuit Pœnitentia duplex: *Publica*, in qua peccatum publicum publicè luebatur. *Priuata*, in qua priuatim priuata & occulta Sacramentaliter expiabatur, cum *Secreto naturali* & *Sacramentali*. *Publica* erat Solennis, alia Non solennis. *Solennis* erat de culpa publici scandali: semel in vita vni concedebatur. Sacerdoti non poterat imponi, nisi degradato: *Quique solennem egisset*, ad Ordines nequibat admitti. Nec coniugibus imponebatur sine mutuo consensu; idque à solo Episcopo.

II. Pœnitentes ordinem tertium tenbant: Clerici primum; Fideles secundum. *Habitu* erat pullus, cilicinus, caput ratum. *Tempus*, quo imponebatur, erat dies Cinerum: reconciliabantur in die Cœna, feria V. Pœnæ erant, abstinere ab S. Synaxi; à nuptiis, militia, à patrinatu baptis̄mali: Carcer adiit ad Clericatum: Extremæ Vnctione priuari. Omni die Ieiuniorum humiliare capita sacerdoti pro eis oranti: Sepelire mortu-

os debebant: Aliis stando orantibus, ipsi genua flecebant. &c.

**Q V A S T I O LXXXVI.**

**Contritio** an sit actio bona, libera, & Euangelica?

**LUTHERVS** Disput. 1. contra Antimonoprijs, ait Contritionem esse sensum legis in conscientia, est terror ex peccato & penitentia legis. Quia Ierem. 13. Verba mea sunt quæ sim aduersa conterens patras. Sic LUTHERANI RIGIDI in idem consentiunt. Hinc invenimus: 1. Non esse liberam, sed extorcam Pauli, nem, non Actionem. 2. Eam pertinere ad Legem, non ad Euangeliū. 3. Non esse opus bonum, quod omni opere bono spoliare. Sic Rigidi contra Molittembergenses; & Kemnitius.

**LUTHERANI MOLLES** aiunt Contra, esse opus bonum, Actionem, Euangelicam. Sic in colloquio Altenburgensi. Et CALVINVS Institut. 3. capit. 3. §. 20. eidem & Nobiscum sentit.

**S VADENT** illi sic. 1. Ierem. 23. Verba mea. 2. Quia experientia docet, ve & continet contemnet; nil boni, multa mala in se agnoscet, nō pœnitque digno se iudicare. 3. Temo: et ipsa fuit nisi fuga Dei, tremitusque contra Deum, & via ad damnationem.

**A V T O R.** I. Contritio non est terror. 1. Docent metaphoræ: qui Conteri non est contremiscere; nec contra: potest enim quis contremiscere, & non conteri. 2. Humilitas fuit semper adest comes Contritioni; at non ita terror: patet in dæmonibus, qui contremiscunt.

II. Contritio est Actio libera; non coacta. 1. Sic Scriptura in meo Am. christop. 3. q. 32. 2. Quia Contritio est gratum Deo Sacrificium. Psalm. 50. oculos Dominii trahens Isa. 66. habensque promissio-